

Panor. super secunda Primi.

celebrari ordines, sed conferuntur in Sabbato septimanæ sequentis. Glossi. oppo. q. ea quæ a papa sunt, posunt & debent ab inferioribus fieri posse, quia consuetudo Romanæ ecclesiæ vilibet est seruanda. xii. dist. c. i. & de re iudi. c. i. in causis, cum si. gl. arguit plene pro & contra. dic. q. quædam permituntur papæ in priuilegium, & vt sibi referuatur, hæc non potest inferior, vt hic. Quædam autem facit papa non ex iure singulari, sed communis, & quæ docet alios feruare & talia potest facere inferior, sic loquitur contrarium, vide no. de offic. leg. c. q. translationem. Secundo oppo. q. in diebus Dominicis non licet velare. xx. q. i. c. deuotis. vbi non nisi i die Epiphaniæ, in aliis Paschalibus, & Natalib. Apostolorum licet velare virgines. Solu. supple istam per illam, & illam per istam, & idem ibi lo. & Vinc. t. Quæro a quibus & quibus datur velum confectionis? dic. q. datur a solis episcopis & solis virginibus, & solis solennitatibus, vel diebus Dominicis, nisi necessitas immineat, sicut baptismus omni die tunc datur. xx. q. i. c. deuotis. de confec. dist. iii. c. venerabilis, & c. baptizandus, velum autem p. fessionis nullus dat viduis, vt in d. c. deuotis. & vide quod ibi nota. non ob. quod met. cau. c. i. quia ibi imponere simulauit, secundū Inno. & Host. & vide quod no. de reg. in c. vidua. vbi habes 2 de huiusmodi velis. t. Quæro an ordines possint conferri in die nativitatis Domini? dic. q. non, licet aliqui errauerint, sed de illo festo non sic dubitatur, quia nō semper, imo valde raro occurrit festum illud in Dominicæ, vel vigilia Sabato. Quæro quare in septimana sequenti post Pentecostē possunt conferri ordines? dicunt Doctores, quod tunc ocurrunt. 4. tempora. 76. distin. capitul. de ieiunio. §. si autem. An. de Bu.

S V M M A R I U M .

- 1 Consuetudo aliquando tolerat ea quæ sunt contra ius.
- 2 Ordinatus non congruo tempore, licet recipiat characterem, non tamen recipit ordinis executionem.
- 3 Ordinans extra tempora ordinandi priuatur potestate ordinandi.
- 4 Propter scandalum ritandum an si omittenda iustitia. Dedicationes ecclesiistarum possunt fieri omnitemporis.

C A P. II.

Anæ. Non valet consuetudo, q. extra quatuor tempora ordinans sacri conferatur. h. d. Communis diuīsio. Sscunda ibi, significamus. Casus litera. Consuetudo erat in quibusdam ecclesiis Scotiæ, & Valliæ, q. in dedicationibus ecclesiistarum, vel altarium extra quatuor tempora clerici ad sacros ordines promouebant. Rñ. pap. q. illa consuetudo est ecclesiastica constitutioni inimica, & ideo improbanda. & si multitudine & antiqua consuetudo non efflet, tales ordinati non deberent in suscepis ordinibus ministrare, sed in Romana Ecclesia sic ordinati deponerentur, & ordinatores auctoritate ordinandi priuarentur. B. No. i. extra quatuor tempora etiam die dedicationis Ecclesiæ, vel altarium non posse fieri promotionem ad sacros ordines. Not. ii. q. non valet consuetudo, nec disponere potest circa Romano Pontifici reseruata, nec circa modum aut tēpus cōfērendi ecclesiastica sacramenta. t. Not. 3. q. factum contra toleratur quandoque ex consuetudine, & ex multitudine personarum, & sic quandoque in factis contra ius ad inducendam dispensationem proficit consuetudo, de quo di 2 xi. de confangu. & affinit. in cap. quod super his. t. Not. 4. iii. q. ordinatus non congruo tempore licet recipiat characterem, non recipit ordinis executionem, & deponendus est.

3 t. No. v. q. ordinantes extra tempora ordinandi, sunt priuati auctoritate ordinandi. Op. q. extra quatuor tempora possunt fieri ordinationes, q. a in Sabbato Sancto, & in Sabbato mediano Quadragesima. inf. c. proxii. Glo. fatetur contrarium, & dicit hanc supplendam per illam. Op. ii. q. si aliis diebus possit fieri promotione ad ordines. inf. c. proxii. Sol. ad minores potest, vt ibi, ad sacros non, vt hic, fatetur, q. si securus fiat, ordinatus recipit characterem. inf. eod. c. consultatio. 4 vi. t. Opp. iii. q. veritas iustitiae non omittatur propter seculum & propter plurimos, qui sunt in causa. xxii. q. ii. c. i. xxxii. q. v. c. ita ne. Sol. dicit glo. q. quædam est veritas iustitiae, & hec omittitur propter plurimos, qui sunt in causa, vt hic, & inf. de cle. excom. mini. c. latores. non parcitur tam illis quos constat magis causam fuisse delicti. Quædam est veritas, bona vita, & hæc nunquam omittitur propter scadum iustitiae. Veritas, quæ pertinet ad iudicem disciplinæ

pertinet ad prælatum bone uite, & ad quemlibet, vide glo. ii. in §. pro graui, hic alleg. t. Quæro quo tempore possunt fieri dedications ecclesiistarum? dic quod omni tempore, inf. de conf. eccl. vel alta. c. tua. Opp. q. non deponantur, inf. e. c. cum quidam, & ca. literas, vbi suspenditur. Solu. dicunt Doct. q. hic dicit, deponerentur, id est priuarentur. dic, id est, suspenderentur, vel suspensi tenerentur.

A D D I T I O.

- 2 Quod ueritas De multiplici ueritate ponit etiam glo. in c. qui scandalizauit inf. de reg. iu. & de ueritate iustitiae ponit Do. Abb. in c. offici. & de i. c. niten. & remis. & multa de investigatione ueritatis ponit Lucas de Pen. in I. quoties, col. iii. C. de nauf. li. xi. Seb. Sap.

S V M M A R I V M .

- 1 Ordines sacri quando & quibus diebus conferantur, & an omnes simul possint confiri.

- 2 Consuetudo de licitis facit illicita.

C A P. III.

E eo autem. Minores ordines conferri possunt diebus festiuis.

Daci vero conferri debent in quatuor temporibus, uel Sabbato de passione. Communis diuīsio. Secunda ibi, taliter respondemus. Casus literalis. Quæsum sit fuita papa, an liceat extra ieunium quatuor temporum promouere aliquos in hostiarios & alios minores, aut etiā in subdiaconos. Respondet pa. q. dicitur licitum est episcopis Dominicis & aliis diebus festiuis vnum, vel duos promouere, ad minores ordines, sed ad subdiaconatum non licere nisi in quatuor temporibus, in Sabbato sancto, uel in Sabbato de passione, preterquam Romano pontifici B. t. No. i. quod minores ordines possunt cōferri diebus Dominicis & aliis diebus festiuis. No. secundo, quod sacri ordines conferri non possunt nisi in quatuor temporibus & aliis duobus diebus id est in Sabbato sancto, & Sabbato ante Dominicam de passione. No. iii. q. tempus non est de substātia ordinis, & determinatio temporis circa ordinis est inducta a lege positiva, ideo non astringit Romanū pontificum. No. 4. quod soli Episcopi possunt minores ordines cōferre diebus Dominicis, sed de Abbatibus dic idem, de eti. & qual. ca. cum contingat. Et nota. q. dicitur ordo Subdiaconatus est ordo facer. No. v. q. diebus festiuis & Dominicis ad ordines p. episcopis unum vel duos ad minores promouere, p. quod videretur quod plures non possent. Oppo. quod plures possint a promoueri ad minores in diebus Dominicis, & vt aliquando seruatur. Sol. Quidam dicunt, vt gl. quod poterit plures, dummodo non appareat generalis ordinatio. Host. contra inherens litera, q. a quecum est de aliquibus, respondet de duobus, & quia dies isti s̄p̄ius iterantur, non cogit necessitas sentire contrarium. Quæro an omnes minores possint vna die conferri? gl. arguit quod sic, q. a hic loquitur in plurali & indeffinite de minoribus, & sic no. quod omnes minores eadem die vni possunt cōferriri. xix. dist. c. i. Romano. rum. ad hoc. inf. de eo qui fur. ordi. rece. c. cum H. & hoc nisi consuetudo repugnet, quæ scandalum generet, t. quia consuetudo de licitis facit illicita. inf. de cler. coni. c. cum olim. de cog. spirituali. c. super eo. Idē Goff. in decre. cu. H. Io. 75. di. c. 3. & clarius. 77. dist. c. quicunq. tenet contrariū eius, q. dicit gl. s. quod non possint conferri, nisi hoc hēat cōsuetudo. Aliqui moderni tenent op. gl. per hunc tex. Host. dicit quod primam tonsuram & quatuor minores simul non licet conferre, cum talis ordinatio nec per ius, nec per consuetudinem approberet, & generaliter talis collatio pluriū ordinum est reprobata. inf. c. c. literas. & c. dilectus. n. vult ista op. una die quem esse laicum, & acolytum. Item facit quia de psalmista non dicitur in tex. Queritur, quod dicatur istud Sabbatum? dicunt q. dam Sabbatum medianæ Quadragesimalis hebdomadę, cum cantatur. Sistentes, q. intelligunt de Sabbato de Lazaro. Alii, hoc melius possunt scire clericis, quam alii, uidelicet quæ appellatur Dominicæ de passione, cum hoc spectet ad eorum officium. Quæro an liceat ordinare ad sacros post diem Sabbati in Dominicæ, etiam continuato Sabbato? dic. q. non potest, licet quidam contra, dicunt in c. literas. Quæro an omnibus diebus festiuis possint minores conferri? Quidam quod non, sed solum diebus festiuis possunt virginis consecrari, de quibus. c. i. Alii latius intelligunt de omnibus festiuitatibus specificatis,

A D D I T I O.

- 2 Diebus Dominicis. Adde quod voluit Old. conf. xiii.